

[TÍTULO de grado de Bachiller en
Leyes "Nemine Discrepante" concedido
por
la Universidad de Salamanca, a Sebastian
de Arteta y Aybar, el uno de julio de
1789]. -- [S.l.] : [S.n.], [s.a.]

[1] h. ; Fol.

Texto orlado en latín. -- Fecha
probable de imp. 1789

1. Títulos académicos 2. Titulu
akademikoak I. Arteta y Aybar, Sebastián
Tomás de II. Universidad de Salamanca

VRF-127,2

✱

IN DEI NOMINE. AMEN.



ER HOC PUBLICUM INSTRUMENTUM CUNCTIS PATEAT, ET SIT NOTUM, QUOD ANNO A NATIVITATE Domini millesimo septingentesimo octogesimo nono die vero proxima Mensis Julii, hora quinta post meridiem, Salmanticæ in mei Notarii publici, testiumque infrascriptorum præsentia personaliter constitutus *D. Sebastianus Thomas Arta*, natus in loco *(vulgo) de Agou* Diocesis *Lumbitonensis* iam Dialecticus, & Iuri *Civ.* incubens, inito prius publico certamine, in quo conclusiones substituerat actus, ut aiunt maioris, quatuorque peractis cursibus, & à Domino Rectore huius Academiæ approbatis, cupiens finem tantis imponere laboribus, quibus, per tot temporum curricula, in eadem scientia indefessè insudavit, postremum, pro comparanda Baccalaureatus lauro, aggressus sit conficere pensum, coram tribus Doctoribus istius Universitatis Cathedrariis, in Gymnasio, pro exploranda ac ponderanda Baccalaureandorum sufficientia ab Academiæ Patribus deputato, congregatis, sub quibus publicum subiit examen: ac post absolutam, per duos horæ quadrantes, lectionem super *Leg.* pridie à laureando electa in altera apertionis vice *Digestorum* tribus in locis, ab antiquiori ex Examinatoribus apertis: nec non solutionem decentè datam argumentis à duobus ex super dictis, per idem temporis spatium propositis: ac demum responsionem idoneè exhibitam tertio, per horæ quadrantem pro libito interroganti: omnibus, & singulis, quæ in rescripto, anno millesimo septingentesimo septuagesimo, die vero vigesima quarta Ianuarii, ex Rege emanato, continentur, executioni mandatis, suffragiis denique Magistrorum in aurea urnula exceptis, atque secreto scrutinio, prædictis præsentibus Doctoribus, palam per me factò, & publicato, apparuit approbatus *nemine discrepante* desideransque ad Baccalaureatus Gradum merito sublimari, in Scholis minoribus dicti Studii sub disciplina *DD. Antoni Vaxera & Ortiz*, unius *epi Cathed. Digest. Vet. Modestiani dignissimi* prius præstito solemnè iuramento se publicè, & privatim asserturum, defensurum, prædicaturum Beatissimam **VIRGINEM MARIAM** Dei Genitricem, à primo Conceptionis instanti per **JESU-CHRISTI** Domini nostri merita, ab originali peccato præservatam fuisse: iuravit etiam nunquam se promoturum, defensurum, docturum, directè, nec indirectè quæstiones contra auctoritatem civilem, Regiæque Regalia, ac postea petitione facta Doctori per dictum Baccalaureandum, ut mos fert dicti Studii coram multis huiusmodi viris actum decorantibus, prædictum Gradum Baccalaureatus in iure *Civ.* à prædicto Doctore recepit, & assumpsit, ac de eius licentia reverenter Cathedram ascendit, actusque Baccalaureatus publicè fecit, & laudabiliter exercuit, in quorum fidem præfatus *D. Sebastianus Thomas Arta* iam Baccalaureus, petiit sibi publicum instrumentum dari per me infrascriptorum, & fieri, præsentibus ibidem testibus *D. Francisco à Huano*, & *D. Antonino à Perez del Baxo Vedellis*. Et ego Emmanuel à Paz Conde, publicus auctoritate Notarius, & huius Alme Salmanticensis Academiæ Minister Officialis, quia præmissis omnibus interfui, ideo publicum hoc instrumentum signavi in fidem præmissorum rogatus.

In testimonio veritatis.

Emmanuel à Paz

Conde

